

## EKSAMEN I LAT2403 romerske historieskrivere HØST 2012

Opgaven består av to sider.

Onsdag 12. desember (4 timer)      **Uten ordbok**

Alle spørsmål skal besvares

1) Oversett følgende to utdrag fra Sallusts *Bellum Catilinae*:

A.

"Postquam res publica adolevit et multitudine civium factiones valere, circumveniri innocentes, alia huiusce modi fieri coepere, tum lex Porcia aliaeque leges paratae sunt, quibus legibus exsilium damnatis permissum est. Hanc ego causam, patres conscripti, quo minus novum consilium capiamus, in primis magnam puto. Profecto virtus atque sapientia maior illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parta vix retinemus.

Placet igitur eos dimitti et augeri exercitum Catilinae? Minime. Sed ita censeo: publicandas eorum pecunias, ipsos in vinculis habendos per municipia, quae maxime opibus valent; neu quis de iis postea ad senatum referat neve cum populo agat; qui aliter fecerit, senatum existumare eum contra rem publicam et salutem omnium facturum."

B.

"Postremo, patres conscripti, si mehercule peccato locus esset, facile paterer vos ipsa re corrigi, quoniam verba contemnitis. Sed undique circumventi sumus. Catilina cum exercitu faucibus urget, alii intra moenia atque in sinu urbis sunt hostes; neque parari neque consuli quicquam potest occulte: quo magis properandum est.



KANDIDATEN BES SKRIVE TYDELIG MED PENN

Quare ego ita censeo: Cum nefario consilio sceleratorum civium res publica in maxuma pericula venerit iique indicio T. Volturci et legatorum Allobrogum convicti confessique sint caedem, incendia aliaque se foeda atque crudelia facinora in civis patriamque paravisse, de confessis, sicuti de manifestis rerum capitalium, more maiorum supplicium sumundum."

- 2) Hvem taler i utdrag A, og hvem taler i utdrag B?
- 3) Beskriv kort de historiske begivenhetene som ledet frem til at disse talene ble holdt.
- 4) Pek på språklige trekk i utdragene som er typiske for Sallusts stil.